



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

In Obedientia habet omnia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

miraculo esset. Eam Canisius pusillam manum
 conflat. Et sanè ad eum pertinet rerum Ingol-
 stadij subinde gestarum pars maxima, in quem
 pene solum tota laborū moles recidit. Nam bre-
 ui Salmeron, deinde & Iaius auocati: quorum in
 locum submissi Nicolaus Gaudanus cum alio
 Theologo, qui etiam breui abductus est: cumque
 ageretur de Gaudano quoque valetudinis causa
 amouēdo, ac solus relinqueretur Canisius, is eam
 solitudinem, tametsi, pro eo quantum amabat
 sociorum consortionem, dulcemq; conuictum,
 perægre ferebat; tamen more suo cetera omnia
 suppleri, compensariq; gaudia putabat obedi-
 di virtute. Itaq; se contentum fore profitebatur,
 atque ad eò consolatione plenissimum, quamuis
 propter sua peccata solus victurus esset in ea steri-
 li (talis tum vitio temporum videbatur) ac spi-
 nosa terra: quod ex quocunque loco, in quo vel-
 let Præpositus in hac breui peregrinatione viuere
 eum, ac mori, factura esset sancta obedientia Pa-
 radisum. Nihil igitur mirum, si tam coniunctus
 per suos Præsides cum Præpotente Domino ad-
 minister, inde vires ducens, & aptè motum exci-
 piens, tanto successu quicquid aggrediretur, effe-
 ctum daret.

*In obedientia
 habet omnia.*